

35. *& similis factus est per omnia fratribus, absque peccato.*

36. Ita tamen ut *& gloria ejus visa sit, radians in verbis & operibus, tanquam unigeniti à Patre.*

37. Sicut *& solis claritatem, in radiis quibus terram illuminat videre solemus;*

38. *etiamsi ipsum fontem, seu lucem in sole immediatè non intuemur.*

39. Eadem *& plenius videbitur cum revelabitur in gloriâ Patris sui;*

40. *ubi videbitur facies ejus, sicuti sol lucet in virtute suâ:*

41. *& transfigurabit corpora humilitat nostræ, ut conformia fiant corpori suo glorioso;*

42. *secundùm potestatem & nomen quod accepit super omne nomen quod nominatur non solùm in hoc seculo, sed etiam in futuro.*

43. *Datus caput super omnia ipsi ecclesie:*